



Property of the Catholic Archdiocese of San Antonio Archives

Ego infrascriptus, Rector Seminarii Sancti Philippi Ne-
rii pro mexicanis, apud Castroville diocesis sancti Antonii
Texas, Amplitudini tuae praesentibus litteris testor:

D. Linum Aguirre legitimis natalibus procreatum, bap-
tatum, confirmatum, in aetatis anno 21 completo et a die 26
junii anni 1915 quo hoc in seminarium ingressus est, usque
in praesens, suae probitatis specimen dedisse, bona fama et
vitae morumque integritate instructum esse, nullo delicto
quod infamiam irrogat patrato, nullaque censura ecclesiasti-
ca aut alio canonico impedimento quod sciam irretitum fuisse
ita ut, meo quidem iudicio, rite tutaque conscientia ad primam
tonsuram et ad quatuor Ordines minores promoveri possit et
valeat.

In quorum fidem etc.

Apud Castroville, die 26 anni Domini 1917.

Emmanuel Regoso.

AD ILLUM. ET RUM. D. D.

GULLIELMUM SHAW

EPISCOPUM SANCTI ANTONII.